ij. **Lor.** ix. Qui parce seminat p̄ce et metet. et  
qui seminat in benedictionibus: de benedictō  
nibus et metet. **V**niusquisq; prout destina-  
vit in corde suo non ex tristitia aut ex necessi-  
tate. **H**yarem enim datorem diligit deus.  
et cetera. **E**t hoc propter tria. **P**rimo  
quia semen abscondit ne ab aib; p̄medatur.  
**S**ic opa misericordie debent abscondine vē-  
tus vane glorie ea asportet. **M**ath. vi. **C**ū fa-  
cis elemosinam noli tuba canere ante te sicut  
pocrite faciunt i sinagogis i viciis ut hono-  
rificant ab hoib;. **A**mē di. vo. recep. **T**er-  
cundo quia dum seminat perdi videt cu tam  
solus ille sit modus semē cōseruandi. **S**ic ele-  
mosina cu daf perdi videt. et tamē solus ille  
est modus bona nostra conseruandi. **I**sidor.  
**T**errena oia retinendo amittimus: et largien-  
do seruamus. **M**ath. x. Qui p̄diderit animā  
suā ppter me inueniet eam. glo. quasi dica-  
tur agricole. si fructus seruas perdis si semias  
renouas. **S**olas quas dederis semper habe-  
bis opes. **T**ercio quia semen cu fenore sur-  
git. **S**ic opera misericordie centuplū accipiet  
**M**ath. xix. Centuplū accipietis et vitam eter-  
nam possidebitis. **P**ronerbiorz decimonono  
**F**eneratur dño qui misereſ paupēris. **S**e  
ptimū est quia sola opa misericordie habent  
plenas literas remissionis regis eterni. **M**at.  
vij. **S**i dimiseritis hominib; peccata eoru; di-  
mittet et vobis pater vester celestis delicta ve-  
stra. **E**t econuerso. **J**udiciū sine misericordia  
fiet ei quoniam fecerit misericordiā. vt dī **Jac.**  
ij. **E**t sic patet tertiu. **Q**uarto p̄mū pro  
omnibus operib; misericordie nobis reddendū  
insinuat cu di. **M**ensuram bonā et p̄fer.  
et co. et sup. da. in si. vestrū. s. pauperes qui  
bus misericordiam tribuistis. **I**piem sunt do-  
mini regni celorum. et ideo optime possunt re-  
tribuere **M**ath. v. **B**eati pauperes spū quo-  
niā ipoz est regnum celoz. **A**bi nota q̄ q̄-  
tuor di. de preio. scz q̄ erit mēsura bona. con-  
ferta. coagitata. et supfluens. qd tripliciter  
potest expōni. **P**rimo fm ordinem danti-  
um. **Q**uidaz enim dant ptem supfluoz pau-  
peribus. et sic non omnia. **L**uce. xj. **Q**uod su-  
perest date elemosinam. i. de supfluo. **E**t isti  
sunt cōmunes hoib; in matrimonio vinētes  
et in mūndo stantes. **E**t q̄stum ad hos. d. **M**e-  
suram bonā. i. iustam. q̄ talibus iuste remetie-

tur. et digna merces reddetur. vel hic vel in fu-  
turo. **E**zech. x. **J**usticia iusti sup cu erit. Qui  
dam dant oia supflua vite sue. **L**uce. vij. **Q**ui  
ba. du. t. det vna non habenti. **P**er vna  
nicam intelliguntur necessaria vite. et p secun-  
dam supflua. **E**t isti sunt magis pfecti sema-  
tes precepta. sed nō cōsilia. **H**ic faciebat ibo  
bias qui omnia primitua et decimas pcepti-  
onis fratribus impciebat. **T**bo. j. **E**t q̄tū ad  
bos d. confertam. i. manibus compreslam. vt  
nihil vacui sit in ea. quia tales replebunt vni-  
diquis bonis. **P**s. **Q**uire in bo. deside. t. **Q**ui-  
dam dāt non solum supflua sed etiam partē  
necessariorū et restrigunt vitaz suā vt pos-  
sunt pauperibus benefacere. **L**uce. xix. **E**cce  
dimidium bonorum meoz domine dō paupi-  
bus et si quid defraudau; reddam quadruplū.  
**E**xemplū de beato martino qui me-  
diā clamidez pauperi tribuit. **E**t q̄stum ad  
istos di. coagitatam. i. cōquassataz vt ultra ca-  
pacitatem capiat. quia tales retributionē mer-  
cedis habebunt supra speratum et supra me-  
ritum. **I**saie. lxiiij. **O**culus non vi. deus ab. te  
que p̄pa. expe. te. **Q**uidā dant omnia et nudi  
nudum cb̄nstum sequunt. **M**ath. xix. **E**cce  
em̄ reliquimus omnia et secuti sum⁹ te. **E**t isti  
sunt viri pfecti qui n̄ soluz pcepta sed et cō-  
silia implent. **M**ath. xix. **S**i vis perfectus ēē  
vade et vende omnia que habes et da paupe-  
ribus. **E**t q̄stum ad istos di. et supci. non ra-  
silem sed vndiq; effudentem. q̄ tales nō ha-  
bebunt gloriam ad mensuram. s̄ excedet glo-  
riam alioz. **Q**uia vt d. apls. j. **Lor.** xv. **S**tel-  
la differt a stella in claritate. sic et resurrectio  
mortuorū. **S**eminatur i corruptione surget  
in incorruptionē. **S**ic ex gloria beatorum.  
**I**sti erunt in summo gradu cum christo alios  
indicantes. **M**ath. xix. **C**los qui reliqui oia  
et secuti estis me in regenerationē cu sedent fili  
hois in sede maiestatis sue sedebitis et vos su-  
per sedes dno decim indicantes. xij. tnb. lra.  
hel. **G**loria istoz erit admirabilis omuno et su-  
percedens omnem intellectū. **I**saie. lx. **L**unc  
videbi. et af. et mira. et dila. cor. tūm quando  
cōuersa f̄: erit ad te m̄ltitudo mar. **A** Scđo  
modo p̄t expōni fm numerum bonop̄ q̄ re-  
tribuunt. **Q**ā deus seruis excentibus pie-  
tatis opa omnia bona cōfert. quia ipi sunt fi-  
lij. si aut filij et heredes. vt di apls. ad Roma-  
nos. viij. **S**unt aut̄ quatuor genera bonoz

# I. **Berimo**

sc̄ bona fortune. nature. ḡe 7 glorie. Quantum ergo ad bona fortune que sunt diuitie et dignitates et h̄mōi. di. mensuram bonā i. plenam quia de t̄p̄libus dat eis ad sufficientiā vite. ita q̄ ip̄i confertantur. **Māth. xix.** Centum accipietis. Centenarū em̄ est numerus pfectus. Significat ergo q̄ ipsi accipient pfectionem 7 sufficientiam in t̄p̄libus ut dicit Greg. Peccatores autē de temporalib⁹ non habent mensuram plenā q̄r eis n̄ satiant nec cōtentant. **Eccles. v.** Avarus nō implebit pecunia. Etum autē ad bona nature q̄ sunt sanitas. fortitudo. docilitas. industria naturalis 7 huiusmodi dicit cōfertam. Tunc dicit sextarius esse confertus sicubus. quādō fucus sunt ita cōpresse in sextario q̄ nullū vacuū reman̄t inter fucus vbi possit aer remanere. Peccatores autē non habent mēsurā cōfertaz d̄ bonis nature. q̄ cū t̄pis possident m̄ltam vacuitatē vbi ventus vane glorie temorat. Sed iusti mensuram habent confertam. q̄r inter bona nature que a deo recipiūt nō habent vacuitatem. vbi remaneat ventus vane glorie q̄r oīa referunt ad laudem dei. **J. Coz. i.** Dia in gloriam dei facite. Etuz x̄o ad bona ḡe q̄ sunt virtutes 7 dona dicit coagitatam. i. concussaz ut plus recipiat q̄r vt dicit **Job. iii.** Nō dat deus spiritum ad mensuram. immo quotidie in viris sanctis auget deus gratias 7 dona. et omni die implet eos d̄p̄ib⁹ virtuosis ex quib⁹ habitus virtutuz q̄tidie p̄ficiunt. **Greg.** Qū q̄ est amor dei oiosus. op̄at em̄ magna si est. Etum autē ad bona glorie. que consistunt in visione 7 fructōne diuina dicit. superfluen. q̄r illa excedit oīo conditionem hūane nature. nec homo mortalis posset deū videre. **Exodi. xxix.** Non videbit me homo 7 vivet. ne anima separata a corpore posset illam gloriā capere nisi sub lumine glorie qđ deus creat in anima. **Ds.** In lumine tuo videbimus lumen. Et iō omne cogitatiū omnē desiderium 7 omnē imaginatiōnē excedit. **J. Coz. ii.** qđ oculus nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor. hoīs ascendit que prepa. de. his qui diligunt illū. **¶** Tertio potest exponi q̄stū ad pfectōnē boni. quod ex openib⁹ misericordie recipiemus. **Nazilla** gloria erit beata tota et pfecta merces quā ex oīo openib⁹ nostris 7 ex gratia dei recipie. Gloria autem illa in quatuor perficitur q̄stuz ad nos scilicet in boni cognitione. in boni co-

# .LXXII.

gnitiō amōre. in boni cogniti et amati possessio ne. et in boni cogniti et amati et possessi fruiti one. vnde **Augustinus** dicit qđ deus fecit hominem vt deum cognosceret. et cognoscendo amaret. amando possideret. et possidendo frueretur. Etum ergo ad cognitionē dicit mensuram bonam. id est plenam quia plena cognitionem habebunt de omnibus. **Gregorius.** Quid est quod nesciant qui videntem omnia vident. Etum vero ad amorem dicit confertam. id est solidam. quia solide et non vane amabunt. Etum ad possessionem dicit coagitatam. quia possidebunt deum in quo sparsa colliguntur. 7 in quo omnia bona sunt unita. Etum vero ad fruitionem dicit super effluentem quia gaudium excedet gaudentes. nec ab aliquo comprehendetur sed mentes singulorum superabit. Erit enim supra meritum. supra speratum. supra desideratum et supra cogitatum. Eadem ergo mensura q̄ mensi fuerimus remetietur nobis. quia si bene fecerimus bene recipiemus. et si melius fecerimus melius recipiemus. et si optime optime. Et similiter **Apocalypsis. decimoctauo.** Quantum glo. se et in de. fu. tantum date illi tormenta. et luct. Et nota q̄ dicit in simum verstrum ad significationem. securitatem et quietem illius gaudi. nam bonum cognitum et amatum scilicet ipse deus erit intus in essentia anime. et ideo erit gaudium perfectum secundum et quietum. **Isiae. xxxij. capit. dicit.** Se debit populus meus in pulchritudine pacis. in taberna. si. in re. o. Et sic patet quartum.

**¶** Quintum sub quadam similitudine ponit quedam documenta necessaria corrigere habentibus per que a temeraria correctione prohibemur. di. **Quonquid potest cecus cecumducere.** Erant enim apostoli futuri orbistarum doctores. **Mathei. xxvij.** Ite et docete omnes gentes. Et ideo oportebat ipsos esse illuminatos. quia cum orbis terrarum esset cecus. et multiplici erroris tenebra executatus. et per apostolos et eorum sequaces deberet illuminari et ad viam veritatis reduci. necesse fuit vt essent illuminati. quia si cecus ducatur a ceco qđ restat nisi q̄ vterq; vadat in p̄cipitū. immo melius esset ceco carere duce ceco. q̄r tunc p̄temptaret baculo viam. sicut formica q̄ ē animal cecutiens p̄temptat quibusdā baculis sine bracijs aī oculos

viam. **Q**uicunq; ergo debent alios docere in doctrina et corrigere in vita oportet q; sunt docti et mōgerati. q; cum discipulus non sit super magistrum sufficiat ei si ad pfectiōnē magistrū pueniat. tunc si magister ē inscius et incompositus verisile est q; discipulus p; magistrū nūc ad perfectionē doctrine et veritatis p;ueniat s; ambo remanebūt in fouea cecitatis. Et ideo pharisei et scribe quos malicia excederat non poterāt alios docere et ad viam veritatis adducēt atra quos christus tūc loq; bat. Similiter qui habet trabem in oculo. i. in aliquo peccato mortali tenet nō potest educere festucam de oculo fratris sui. i. non potest exemplo vite ipm informare ut careat peccatis. et sit vita ipius sine festuca quo; p; peccato rum. **B**reg. Supiactas sordes tergere n̄ valet manus que lntum tenet. **D**ebet em̄ p;lat⁹ subditū informare verbo et exemplo. **J**ob. xiiij. **E**xemplum em̄ dedi vobis ut quemadmodū ego facio ita et vos faciatis. **B**ern. Egregiūz instrumentum esset oculus si seipm sicut alia videre posset. Et sic videt q; platus in mortali existens non posset p;plim docere nec ipsu; et peccatis mundare. **S**ed contra. **D**octrina ē quedam elemosina spūialis ut dictū est supra existens aut in mortali bene potest facere elemosinam corpalem ergo multomagis spūale cū sit potior corpali. ḡ zc. Ad hoc dicendum q; peccatum mortale. aut est notorium. et tūc n̄ debet docere: nec mundare ppter scandalū. **S**i autē sit occultū potest vt rūq; facere licet semp cū detrimēto aie sue quia quicunq; publice ministrat sacramēta in mortali existens ḡ uiter peccat. Similiter qui ex officio publice docet. vt quidam dicunt graueriter peccat si in mortali existat. **R**o. ij. In quo em̄ aliū docet teipm cōdemnas. Secus autē est de elemosina corpali q; nullum orit scandalum inde sic de doctrina. cu; quis est in notorio peccato. Nec qui docet in qntum docet peccat. sed in qntum dat malum exemplum. et ideo fm̄ qsdam ille qui est in peccato mortali occulto licet sit indignus docere. tñ sine p̄tō potest docere cum inde nullum scādalū oriat. et doctrina sit quedam elemosina. Et sic p̄t̄ quintum.

*De epistola. sermo. lxxij.*

**D**On sunt condītione passiones huius tpiis ad fū. ḡ. qre. in nob̄. **R**o. viij. Ex dubietate

premij et supplicij multi peccāt et n̄ curāt bene agere. **S**i em̄ homo pfecte crederet gloriam padiſi et penas inferni. pfecto bene ageret et a malis caueret. **J**oh. ix. **A**t omnis qui credit in ipm' nō peat. s; ha. vitā eternā. **E**t id apostolus in epistola hodierna firmiter probat gloriam futuram bis qui patiunt̄ p noīe christi dādam. **I**n qua ep̄la quatuor facit. **P**rimo ostendit gloriam futuraz esse supra meritum passionū quas hic p christo sustinem⁹. **I**n principio epistole. **S**ecundo pbat gloriā resurrectionis esse futuram p naturale desiderium hūane creature ibi. **N**am expectatio cie ature reuelationem filioz dei expectat. **T**ercio pbat idem p naturale desiderium omnis creature. ibi. **S**cimus ei q; oīs creatura in ge. et p. vsq; adhuc. **Q**uarto idem pbat p desiderium qd̄ habent sancti viri ex reuelatiōe spiritus sancti q; non mentit̄ ibi. **N**on soli aut illa sed et nosip̄ primicias spiritus habentes intra nos gemimus. **P**rimo ḡ ostendit gloriam futuram ē supra meritum passionū quas hic p xp̄o sustinem⁹ dicens. **N**on sunt dignae passi. hu. tem. ad futuram gloriā zc. **E**t hoc propter quatuor. **P**rimo quia passiones sunt temporales momētaneae. et gloria eterna tpiis autem ad eternitatē nulla est compati. minus qd̄ gutte aque ad totum mare. vel pucti alicui⁹ ad totum celum. **S**ecundo q; passiones sunt leues. gloria autē est ponderis infiniti. **E**t de his duob;. **J**or. iii. Id em̄ qd̄ in p; senti et momentaneum et leue tribulatiōis nostre supra modum in sublimitate eterne glorie pondus opat in nobis. **T**ercio quia tribulationes in paucis malis sunt. gloria vero in multis bonis. **H**ap. iiij. In paucis vexati in multis bene disponetur. **E**cci. li. **M**odicūz laborauit et inueni mi. mul. re. **M**ath. xxv. **S**up pau. fi. mu. te cōsti. **Q**uarto quia he sunt impure. **S**icut em̄ gaudiū mudi nō ē purū. iuxta illud **P**rouer. xiiij. **R**isus dolore miscebitur. Sic et mundi passio nō ē pura. **J**or. j. **Q**ui consola. n. in om. tribu. nostra. **P**os. **S**ecundum multitudinem dolorū meorum in cor. m. pso. t. leti. ani. m. **E**t nota q; q̄uis passiones nō sunt condigne ad futurā gloriā. sunt tamē valde cognitae et quasi necessarie ad pueniendū ad illā gloriam. ppter multa bona q; habent efficere q; bona oportet habere volentem ad illam gloriam pertinere. **H**ec autem bona sunt septem.

**B** **P**rimum quia tribulatio mentem

# Hermo

## LXXIII.

illuminat. Grego. Oculos quos culpa claudit pena apert. Un ille dimes epulo n̄ eleuit oculos nisi quando fuit in tormentis. Lu. xvij. et tunc cognovit lazaram. Et de nabuchodonosor dicit q̄ postq̄ factus fuit bestia levavit oculos ad celum. Dan. iiiij. Post finez dierum ego nabuchodonosor oculos ad celum levavi et redditus est mihi sensus mens. Hec illuminatio figurata est in illuminatōe thobie qui felle pisces posito super oculos visum recepit. Iobie. xj. In amaritudine fellis intelligitur amaritudo tribulationis. Isaie. xxvij. Tantū vexatio dabit intellectuꝝ auditui. Secundum ē q̄ corroborat homines sicut ignis laterem. quē tamē vides cōburere. Ro. v. Tribulatio patientiā op̄at. patientia autē p̄batōem. Nota h̄ q̄ ignis laterem corroborat. et lapidem terit in calcem. sic tribulatiōes humiles. qui se luctum reputant. Exemplū humis habem⁹ in iob in pharaone. Et ille eadem aque que fuerunt p̄ muro a dextris et a sinistris filii israhel. suffocauerunt viros egipcios. Et ideo dicit Grego. Q̄ nisi idem dē qui penam interrogat patientiam prestat ip̄a correptio peccatum auget. Hic erat corroboratus apostolus in tribulatiōibus qui dicebat. Dia pos. in eo qui me confor. Ph. viij. Et iterum. Omnia sustineo ppter electos vt ip̄i sal. cōse. q̄. Ibi. q̄. Terciuꝝ ē q̄ purgat aliam a peccatis. Greg⁹. Quod flagellum ḡno. quod lima ferro. qd̄ fornax auro. hoc tribulatio viro in isto. Valac. ij. Sedebit consflas et emun. ar. et purgabit filios leui. Sed de quibusdam dici potest illud. Hiero. vi. Frustra conflauit conflatoꝝ malicie eoz. nō sunt consumpte. argentum reprobū vocate eos. Maledictuꝝ ferum quod ex lima contrahit rubiginē. Quintum est quod desiccatur. desideriū ab aquis de siciap. et p̄ consequens p̄seruat quia humiduꝝ corrupit. Unde carnes confluendo salsantur. vt humiditas a sale consumetur. Tribulatio est miraꝝ a putrefactōe conseruans. Hac mira totū corp⁹ xp̄i fuit innolutū. Hec paup̄ez custodiuit ne sup̄biret. q̄. Co. xij. Ne maḡ re extol. me. da. ē mi. stimu. car. me. ang. satb. q̄ me col. Quintum est quia facit hominem ad deum velocius currere. Equus piger non currit bene sine calcaribus. Tribulatio autē est quasi quidam stimulus. Greg⁹. Mala q̄ n. hic p̄. ad te. ire. p̄pel. Homo em in tribulatiō

ne positus cogitat aliam vitam et ad eam ire desiderat. Phili. j. Cupio dissolui zc. Se stum est quia est quoddam signum q̄ sumus filii dei et ab eo dilecti. Hebre. xij. Q̄ si extra disciplinam estis. ergo adulteri et non filii esti. Quaez em dominus diligit corrigit et castigat flagellat autem omnē filium quem recipit. Filius em debet incedere p̄ viam patris. via aut christi patris nostri fuit ip̄a tribulatio ab iōis cunabulis. Et ideo si incedimus p̄ vias tribulatiōis signum est q̄ vt filii veri sequim̄ patrē nost̄ xpm. Multa em et cōtinua p̄speritas non est bonum signū h̄ ē signum q̄ ibi non sit deus. Job. xxvij. Non inuenit in terra suauiter viuentium. Unde xpc quesitus a magis non fuit inuentus in palatio regis herodis s̄ in angusto vie. Hic cadit exemplū de beato ambrosio qn̄ fuit hospitatus cū quodā milite qui dixit se multa p̄speritate potiri et nlla ad uersitate molestari. Quo audito beatus ambrosius recessit et noluit cum eo hospitari. et se quentinocte dom⁹ cum omnib⁹ p̄fundata est. Istud est illud signuꝝ de quo dicit i Ezech. ii. Signa thau sup̄ frontes viroꝝ gementiuꝝ Thau est crux xp̄i. i. amaritudo crucis christi. quam p̄ signo filii dei ferrari in corpe. Balla. vj. Ego ei sti. do. no. hic. xp̄i in corpe meo porto. Septimum est quia est quoddam pign⁹ hereditatis eterne. quia cū ad illam hereditatem possidendā nō pueniat nisi p̄ multas tribulationes. iuxta illud. Act. xij. Per mltas tribu. op̄. n. intra. reg. dei. et arta sit via q̄ duē nos ad vitam. q̄ in hīmōi via ē inter tribulatiōes cōstitutus iā h̄ pignus. q̄ ad hereditatem pueniat q̄ pambulat via rectaꝝ illuc dū centem. q̄. Ibi. q̄. Si sustinebimus et pregna bim⁹. Ro. viij. Si tñ p̄patim̄ vt et glorificem̄. Et nota q̄ inter passiōes et tribulatiōnes utlissima ē passio corporalis infirmitat̄ et h̄ ppter quinq̄. Primo q̄ ip̄a ē qdā di correctio et p̄ peccatis punitio. et ideo libenter et cum patientia est tolleranda. Job. v. Beat⁹ vir qui corripit a domino. Aug⁹. Domine h̄ vre hic seca vt ineter. par. Correctio autē dī ex magno amore procedit. Isa. xj. Egregies ḥga. i. correctō d̄ radice yesse. i. d̄ incēdio amo ris. yesse ei incediū interpretat. Apoca. iij. Ego q̄sa. ar. et ca. Exemplū d̄ infirmo d̄spato cui me dic̄ dat qcqd̄ petit. Infirmuꝝ at quē credit sanari dietat valde et amara medicina potat.

**S**ecundo quia ipa est quedam dei citatio  
ut homo compeat coram deo. vel ad audiendū sententiā. si infirmitas talis sit mortalís.  
vel ad se purgandū sīnon sit mortalís. **E**t ideo in infirmitate hō dō se pare. vt si sententiā  
sit cōtra ipm faciat eam mutare p veram con-  
tritōnem et cōfessionem. **Q**uiā vt di. Greg.  
**E**t si dñs nō mutat consilium. tñ aliquā mutat  
sententiā. **E**xemplū in ezechia cui de muta-  
uit sententiā. quia contrit⁹ fleuit. **V**el debet se  
parare vt possit se purgare coram deo. q̄ ibi  
est aduersarijus noster qui incessanter nos ac-  
cusat. Job. j. **C**um assisterent filij dei corā deo  
affuit inter eos etiā sathan sc̄ ad hoies accu-  
sandū. **T**ercio qz ipa carnem spūi subiicit.  
et facit rationem dnari et p consequēs virtu-  
tes in nobis habitare. ij. Lox. xij. c. **L**ibenter  
gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabi. in  
me vir. xp̄i. **C**um em̄ infirmor. tunc fortior. suz  
et potēs. **Q**uarto qz ipa inimicū hominis  
sc̄ concupiscentiā carnis eneruāt et quasi ex-  
tinguit. Eccī. xj. **M**alicia. i. infirmitas vnius  
hore obliuionez facit luxurie magne. **Q**ui  
to quia ipē facit hoiez d morte cogitare. **U**n  
ezechias infirmatus dixit. Ego in di. die. me.  
va. ad por. inferi. Isa. xxxvij. **E**t faciet etiam  
facta sua disponere. Ibidē. Dispone domui  
tue qz morieris tu et non vives nihil aut ē uti-  
lius q̄ de morte et de alia vita cogitare. qz ex  
hoc cauet homo d peccatis. Isa. vij. **N**emo  
rare nouissima tua et ineter. nō pec. Legitur  
in vitaspa. q̄ quidā abbas discipulo infirmo  
petenti sanari respondit. Rem tibi necessariā  
petis am oueri. qz si ferrum es p infirmitatem  
rubiginem amittis. Si aurū es p ignem. pba-  
tus. ad meliora. puebris. **Q**uiā ergo in-  
firmitates et tribulatiōes sunt ita vtiles et etiā  
sunt via ad celum ducentes. ideo sunt valde  
congrue ad ipam gloriam futuram possiden-  
dam. et ideo libenter debemus eas sustinere.  
**E**t si volumus eas libenter et cum patientia  
sustinere. debemus habere oculos mentis ap-  
tos. **U**nū sc̄ ad gloriam paradisi. quam p  
passiones acquirimus. **Q**uiā vt dicit Greg.  
consideratio premij minuit vim flagelli. et al-  
terum ad penas purgatoriū et inferni. quas p  
passiones euadimus. Augustinus. **I**deo dñi  
na bonitas irascitur in hoc seculo ne irascatur  
in futuro. et misericorditer adhibet tempora-  
lem severitatem. ne eternam iuste inferat vltō  
nem. **E**t sic patet primum. **S**ecundo apo-

stolis probat hanc gloriam esse futuram. per  
desiderium humane creature. **E**t est talis ra-  
tio. **N**aturale desiderium hominis nō potest  
esse frustra quia demonstraret imperfectionē  
facientis qui tale desiderium posuit et fecit in  
homine. **E**xemplū de fenestra domus que  
nuuq̄ deberet aperiri. manifestuz eis q̄ talis  
fenestra esset frustra. et per consequens ma-  
gister qui fecit eam non fuit perfectus. **H**eo  
omnis homo naturaliter desiderat perfectuz  
bonum quod est gloria dei. que in reuelationē  
filiorum dei dabitur. **H**uius rationis maior  
est notissima. et ideo ipsam silet. **D**inoz ait  
ponit et probat. **E**t hoc est quod dicit. Be-  
nedico q̄ futura gloria reuelabitur in nobis.  
quia expectatio creature. i. hominis. qui ē om-  
nis creatura eo q̄ habet cōuenientiam cū om-  
ni creatura vt dicit Gregorius. sc̄ eē cum ele-  
mentis. vivere cum arboribus. sentire cū ani-  
malibus et intelligere. cum angelis. vel quia est  
finis omnis creature. Marci. xvij. **P**redicate  
euangelium omni creature. i. homini. **E**xpe-  
ctatio inquam homiū. i. naturale desiderium  
hominis expectat. i. expectando desiderat re-  
uelationem filiorum dei id est desiderat glo-  
riam dei quam filij dei habebunt quando ostē-  
dentur esse filij dei sc̄ in beata resurrectione. j.  
Job. iij. **F**ilij dei sum⁹ et nō dū apparuit quid  
erimus. cum autem apparetūt similes ei en-  
imus. **E**t benedico q̄ homo naturaliter expe-  
ctat illam gloriam futuram. quia ipa creatura  
i. homo subiecta est multe vanitati corruptiō-  
nis et mutabilitatis quā vanitatez homo nō  
vult. quia omnis homo naturaliter refugit ma-  
lum. **H**eo deus ex iustitia ppter pcfā primo  
cum pentū subiecit eam. i. hominē illi vanita-  
ti corruptionis et mutationis. **B**ene. ij. **Q**uacunq̄ die co. morte mo. Subiecit tamē eam  
illi vanitati in spe finaliter liberandi ab illa va-  
nitate corruptionis et mutationis. sc̄ in glo-  
ria filiorum dei. **L**unc em̄ homo liberabitur  
a servitute corruptionis et mutationis. j. Lō.  
v. **N**ouissime autē inimica destruetur mois  
**E**t iterum. Oportebat aut̄ corruptibile hoc  
indue incorruptōnē. **E**t sic p̄t̄ scdm. **T**ercio  
p̄bat idē. i. q̄ futura gloria reuelabit ino-  
bis p̄ desideriū oīs creature. **E**t ē rō tal. **N**a-  
turale desiderium omnis creature nō potest  
frustrari. quia vt dicitū ē ondēret imperfectōnē  
cōdētis creaturā qd̄ ē impossibile. **H**oīs cie-  
atura b̄z naturalē qndā expectatōes et inclia-

tionem ad futuram gloriam. eo q̄ semp̄ ē mo-  
do in quodam gemitu & dolore quasi parturi-  
ens p̄ labore fatigationis. quia semper p̄ agit  
ministeria a deo sibi cōstituta. tūc aut quiescat  
Q̄mē aut̄ quod mouet̄ quocunq; motu na-  
turaliter desiderat quiescere p̄ quod pat̄ p̄  
omnis motus & circularis & rectus & naturalis  
quodāmodo innaturalis ē tendens ad quie-  
tem. In reuelatiōe aut̄ future glorie om̄is mo-  
tus cessabit. & omnis creatura quiescat q̄ dñi  
finis quiescit habet̄ q̄ etiā ea que sunt ad fi-  
nem quiescent. Sed hō est finis om̄is crea-  
re qui tunc quiescat. ergo & oīs creatura tūc si-  
militer quiescat. Et sic omnis creatura natura-  
li desiderio desiderat quiescere. Rationis  
maiorē tāq; notissimās silet. minorem aut̄ po-  
nit & p̄bat. & hoc ē qd̄ dicit. Scimus em̄. zc.  
i. benedico q̄ futura gloria reuelabitur in no-  
bis. quia nos scimus p̄ occultam fidem q̄ oīs  
creatura ingemiscit. i. cōtinue renouat̄ in gel-  
tu suo mō. eo q̄ est in continua opatōe. et mu-  
tatioe & parturit̄ vsc̄ adhuc. i. per totū tem-  
pus durat. Omnis creatura ē quasi parturi-  
ens. quia ē in cōtinua motione & continue ex-  
plet & implet ministeria a deo sibi constituta.  
Et sup̄ qd̄ continue mouet̄ & laborat natura-  
liter desiderat quiescere. Et in illa gloria omnia  
quiescent. ergo oīa desiderant illam gloriam.  
et sic patet tertium. Quarto idem probat  
per desiderium qd̄ habent sancti viri ex reue-  
latōe sp̄u sancti. Et ē ratio sua talis. Impos-  
sibile est esse falsum quod sp̄u sanctus sc̄tis vi-  
ris reuelat. sed nos qui habem̄ primitias spi-  
ritu sancti ex eius reuelatione expectantes su-  
mus adoptionē filioꝝ. s. redēptionē corporis  
noſtri. i. gloriōsam resūrectōem. in qua & per  
quam apparebit q̄ nos sumus filii dei adopti-  
ti & redēpti a dno. nos inq; sic expectantes  
ingemiscimus. i. quotidie renouamus gemit̄.  
q̄ hec gloria non cito venit. q̄ vt dicit. Pro-  
uer. Spes que differtur affligit aīam. Psal.  
Heu mihi quia incolatus meus plongatus  
est. Huius rationis maiorem tanq; notānō  
ponit. minorem aut̄ ponit. Et hoc ē qd̄ dicit.  
Non solum aut̄ illa. s. om̄is creatura expectat  
reuelationē filiorum dei & nosip̄ qui habē<sup>2</sup>  
primitias sp̄u. glo. et tpe & dignitate sive pfe-  
ctione. Sed nōne patres ve. te. sp̄u sanctum  
habuerunt. Ad quod dicendum q̄ apli pri-  
mo habuerunt sp̄u sanctum in signo visibili.  
Act. ii. Apparuerunt illis disp. lin. tanq; ignis

## .LXXIII.

Joh. vii. Non dū em̄ sp̄u erat datus. s̄ in si-  
gno visibili. Qel dicendū q̄ ap̄ li habuerant  
primitias sp̄u sancti. quia ip̄i fuerunt primi q̄  
per spiritū sanctum xpo adheserunt. Und in  
novo testam. & in fide xp̄i ip̄i fuerunt primitie  
spiritus. & ideo magis cari & accepti deo. sic p̄-  
mitiae fucus canores sunt. Nos inq; ingemi-  
scim̄. s̄ int̄ p̄ desideriū expectātes adoptiōes  
filiorum dei. quando in filios dei ad optabim̄  
quod erit quando similes ei erimus. sc̄z glo-  
osi in aīa & corpore. Ande talis adoptio erit  
redēptio corporis noſtri. quia tunc virtus  
passionis christi per quam redēpti sumus  
applicabitur corpori noſtri propter quaz glo-  
riōsum efficietur. Et sic patet certitudo illius  
glorie quam p̄ passiones presentes recepturi  
sumus. quam homo et omnis creatura expe-  
ctat quia in illa gloria sol & luna et omnia ele-  
menta induent nonā gloriā & quiescent. Isai.  
xxi. Et erit lux lune sicut lux solis. & lux solis  
erit septempliciter sicut lux septem dieꝝ. In  
gemiscamus ergo s̄ inō facimus opera digna  
illa gloria et si faciamus opa digna ingemisca-  
mus quia non cito imus ad gloriam. Et nota  
hic dea axa filia caleph. que sedens sup̄ asinaz  
et vadēs ad virū suū ingemuit. cui pater dedit  
irriguum superius & inferius. Axa vt di. Bre-  
gorius. est anima iusti deo responsata que se-  
det sup̄ asinā quando sensualitati ratio domi-  
natur. et anima dominat̄ carni et tūc radit̄ h̄-  
sus virum suum sc̄z deū cui deus pater dat ir-  
riguum superius sc̄ilicet p̄ dilatatione futurē  
glorie. Ps. Quando veni. et appare. ante do-  
de me. fuerunt mībilacrime mee panes die ac  
nocte. Dat etiam irriguum inferius sc̄z p̄ in-  
colatu presentis miserie. Tota em̄ vita nostra  
plena est miserijs & tamen in istis miserijs cu-  
piunt multi diu stare. Et sic patet totū de epi-  
stola.

Dñica q̄nta deuā. hmo. lxvij.

**O**m̄ turbe mul-  
te iruerent in hie. vt audi. verbuꝝ  
dei et stabat ip̄e secus stagnum ge-  
nā. Luce. v. Ad tria principaliſter filius dei  
dutus carne hūana venit in mundum. Pūo  
ad veritatem docendā q̄ falsitate ceci eram̄.  
Johann. xviii. Ego ad hoc natus sum et ve-  
ni in mundum vt testimonium perhibe. ve.  
Secundo ad peccata et opera dyaboli  
dissoluendum et destruendum. Quia pec-

*Am qmēt in En.*

*3*

catis ligati eram? j. **Io. iii.** In h̄ apparuit fili⁹  
dei ut dis. opera dyab. Tercio ad vitam gra-  
tie et glorie nobis dandam. qz oēs in mor te d̄  
tinebant. **Joh. x.** Ego veni in mundum vt vi-  
tam habeant. et abundantius habeant. Ibi-  
dem. **Sic** deus dilerit mundū vt filii suū da-  
ret vt oīs qui credit in ipsum nō pereat b̄ ha-  
beat vitam eternam. **Primum** istorum videli-  
cet veritatis doctrina perfecte in hoc euange-  
lio continet. Nam et populus cū furore au-  
diebat. qd̄ patet quia iuzu. in hiesum et chri-  
stus veraciter et gracie docebat eos. quia se-  
dens d̄ nanicula docebat eos. In quo quidez  
enāgeliō septem continent. **Primum** est freqn-  
tia et deuotio pli ad verbum dei audiendū  
ibi. **Cū** turbe i:ru. in hiesum vt audi. ver. dei  
et ip. sta. se. stag. ge. **H**agnum genazareth vt  
bi. **Beda.** idem est quo d̄ mare galilee tyberia  
dis. sed mare galilee dicit ab adiacente p̄ni-  
cia. mare ḥo tyberiadis a. p̄xi ciuitate quam  
herodes in honore tyberij cesaris edificau-  
rat. **H**agnuz ḥo genazareth dicit a natura  
ipius laci qua crispanib⁹ vndis ex se auram  
excitare p̄hibetur. **Mare** ḥo dicit consuetu-  
dine hebreoy qui omnem cōgregatiōem aq-  
rum appellant mare. **Scđm** est doctrina chri-  
sti ad populū instruendum ibi. ascendēs q̄t  
in vnam naniculam que erat simonis roganit  
eum a terra reducere p̄nillū et sedens de na-  
nicula docebat turbas. **Tercium** est p̄ceptū xp̄i  
ad hoīes per pisces signatos p̄scandum ibi.  
**D**uc in al. et laxa. re. xe. in ca. **Quartum** ē pi-  
scium captura copiosa et occursus aliorū; di-  
scipulorū ad adiuuandū ibi. Et cū bo. fe. con-  
clu. p̄f. ml. copio. **Quintum** ē h̄nūl petri p̄lo-  
cutio ad christum reverendū ibi. Quod cū  
vidis. simon pe. p̄ci. ad ge. hie. di. ext. a me dñe  
quia homo peccator sum. **Sextum** est apo-  
stolatus petri p̄figuratio ad hoīes capiēdū  
ibi. **N**oli timere ex hoc iam er. bo. ca. **Septi-  
mum** est pe. iacobi et ioh. cōuersio omnib⁹ re-  
lictis ad christum sequendum ibi. Et subdu-  
ctis ad ter. na. reli. o. se. sunt euz. **Primo** ergo  
ponitur deuotio et frequentia populi ad ver-  
bum dei audiendum quia turbe iuzu. in hie. vt  
audirent verbum dei. **H**ec aut̄ deuotio et fre-  
quentia ex. viij. c̄batur. **D** **¶** **P**rimo ex  
raritate audientie. ḥo. dei. j. **R**egum. iiij. In di-  
ebus illis. sermo dñi erat p̄ciōlis. i. p̄f. **D**ē  
aut̄rāz cap. ppter maliciā em̄ pli de p̄di-  
catores subtraxerat. et iō erat magna fames au-

*diendi verbum dei. Amos. viij. Ecce ego im-  
mittā famem in terrā nō famē panis nec sitim  
aque. b̄ famē audiendi verbum dei. Et b̄eadē  
fames erit in fine mundi qn̄ oēs inde cōverē-  
tur et avide querent q̄ eos doceat. Ps. Con-  
uertens ad respam sc̄z mundi. et famē patiē-  
tur vt canes. s. audiendi verbum dei. et circū.  
vt inueniāt doctorem. Si ḥo non fuerint sa-  
turati sc̄z verbo dei. murmurabūt. i. colebunt  
et conquerentur. **M**odo aut̄ tot sunt p̄di-  
catores q̄ nō est audiitas in p̄lo ad audiēdū  
verbum dei. immo verbum dei conuersus est in  
nauseam. **Qu. xxj.** **N**auseat aia nra sup cibo  
isto lenissimo. Et tn̄ erat cibo opti⁹ oīs sap-  
ris in se suavitatē habens vt dicit in li. **Sap.**  
**S**ic ē verbum dei et m̄tomek⁹. et tn̄ hoīes nau-  
seant sup ipo qd̄ est pessimuz signū infirmita-  
tis anime. **S**icut em cū audiitate sumere cibū  
corpale et bene masticare et digerere ē signū  
magne sanitatis corporis. et nō sumere cibū vel  
sumptū non retinere ē signū magne infirmita-  
tis. sic libenter audire verbum dei. et in corde re-  
tinere ē signū q̄ sane. et non audire relenti-  
tū non retinere. ē signū infirmitat̄ q̄ie et nihil  
p̄ficientis. **H**ebre. iiij. Non em p̄fuit ill ser-  
mo audit̄ nō admixtus fidei. s. viue q̄ p̄ op̄  
demonstratur. **S**cđo causabat ex gratiosita-  
te p̄sonae. erat em xp̄s affabilis valde et gratio-  
sa persona. **Ps.** Speciosus forma p̄ filiis ho-  
minū. Diffusa ē gra in labijs tu. s. **I**dē. Un-  
xit te deus de tu oleo leticie. **P**redicator  
autem affabilis et gratiosus aspectu multum  
attrahit delectat p̄terbum ē. cū ioculator  
dispicet eius cantilena non placet. et econtra-  
so cum ioculator placet eius cantilena placet  
**Cri.** Signū studiosi agricole ē messis fecida  
signū boni negotiatoris ē teca referta. signū  
graciosi p̄dicatoris ē ecclesia plena. **T**ercio  
causabat ex efficacia loquendi. erat em verba  
xp̄i efficacissima et tangentia cor. **H**iere. xxij.  
**D**ōne verba mea q̄i malle conterens petras  
**Joh. vij.** **N**uncq̄ sic locut̄ est hō. **D**ōne ver-  
bum salutatōnis marie ad elizabeth sanctifica-  
uit iohannē in vtero existentez et exultare cū  
fecit. quia formatū fuit in ore christi et egressū  
p̄ os marie. et intravit per aures elizabeth. vt  
dīc **L**is. **H**i ergo verbum christi adhuc in vte-  
ro existentis tantam virtutem habuit qntaz  
babere debuit qndo loquebatur p̄ se. **E**t si lo-  
quente petro omnes compuncti sunt corde et  
baptizati vt dicit **Act. x.** **L**ecidit sp̄issactus*

# Berimo

## LXXIII.

super omnes qui au. verbuni. Quid debuit si en loquente christo magistro petri. Hieronimus d. qd dum rodi eschinenus exulareret et legeretur illa temostenis oratio quam aduersus eum habuerat et omnes mirarentur. eschinenus qui ipz audierat loquente suspirans ait. Quid dixissetis si ipam bestiam audissetis. verba sua resonantem. Habet inquit hieronimus. nescio quid latentis energie. i. virtuose operationis. viue vocis actus 7 in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonant. Et de tito lxxij di. Ad titum lxxii lacteo eloquentie fonte emanantem de ultimis hispaniarum galliarumq finibz quosdam venisse nobiles legimus. et quos roma ad contemplationem sui no traxit. vnius hominis fama perduxit. Et ideo xpō predicante tantam virtutem dederat voci sue. qd multi relictis omnibz eum sequebāt 7 mares 7 feminine. Math. ix. Ecce nos reli. om. et se. su. t. Unde efficaciam eius loquelle quedam mulier admirans surrexit in populo dicens. Beatus venter quite portauit et vbera que surxisti Luce. t. 4. Quarto causabatur ex sapientia verbor. quia verba altissimi zmagis pōderis pferebat. Job. v. Verba vite eterne habes. De salomone dicit qd ppter sapientiam eius omnes desiderabant ipm videre et multi veniebāt ad eū. Et regina saba venit a finibz terre audiare sapientiam eius. vt patet. ij. Reg. x. Sed xpō in infinitū maiore sapiam habuit salomōe. iuxta illud Mat. xij. Ecce plus qd salomō hic. Und xpō dum loqref ppter altitudinem verborum eius quidā dicebāt qd insaniebat. quidam qd demonū habebat. quidā qd angelus ei loquebatur. quidam credebāt qd doctrina eius esset ei infusa a deo. vt ipē dicebat Job. vij. Mea doctrina non ē mea s eius qd me misit pris. Et tales ei doctrinā intelligebāt et no alijs. ysaie. vij. bīm glīā translatōem. Nisi credideritis no intelligetis. Mat. xij. Nobis est datuz nosse mysteriū regni tei. 4. Quinto causabatur ex malivolētia sacerdo. scrib. et phariseor. Cnīsus nancē pdicabat veritatē et no reuerebatur psonam. Mat. xxij. Magister scim qd vere erat et viam dei in veritate doces. non enim respicias psonam hominū. Et ideo qd sacerdotes et pharisei multū reprehensibiles erant. xpō mirabiliter et multū cōtra eos loquebāt quāsi in omni pdicatōne. et qd ipsi odiosi erāt populo. ideo xpō ex hoc magis placebat et plu-

res ad eum veniebant. et hoc peccatis nostris exigentibz vsqz hodie durat qd si quis no solum loqueret. sed psequeret clerū mirabilitē placaret populo. et hoc ē ppter maliciā cleri. 4. Sexto causabatur ex beneficijs que confe-rebat. nam virtus dei de illo exhibat et sa. om. Math. vij. Surdos fecit audiire et mutos loqui. Faciebat etiā aliquā populo mirabilia cōtinua vt patet Jobā. vij. et viij. 4. Septimo causabatur ex sanctitate vite. nam ad sanctum iobānem pdicatōem. sed eaꝝ fuit xpō aut nullum malū faciebat. Job. vij. Quis ex vobis arguet me de peccato. i. Pet. q. Qui peccatum no fecit nec invenit in ore eius. Itē omnia que pdicabat ipē prio oīa faciebat. Actu. i. Cepit biesus facere et doce-re. Item aspergam penitentiā faciebat in artis sima paupertate. Math. vij. Vulpes foueas habent et vo. ce. ni. filius aut homis no habz vbi caput suū reclinet. 4. Octavo causabatur ex utilitate audiētie. verbi dei habet em̄ xpō dei. vij. bona efficere in audiēte. 4. Primū est qd illuminat intellectū. Psal. Incerma pedibo meis xp. t. Et ido verbū dei ē ostiū ad habendū fidē. Quia vt di. aplus Ro. x. Ergo fides est ex auditu. auditus aut p verbum xpī. Secundo qd inflamat affectū ad amorem celestium. Unde loquete petro cecidit spūssancrus. qd ignis diuinū ē sup omnes qui audiebāt verbū. Actu. x. In cui figura ysaias duz deberet mitti ad pdicandū volavit ad eū vnu de seraphin et calculo ignito quē forcipe tulerat de altari tetigit labia eius 7 sic inflamatus alios inflamaret. ysa. vij. Psal. Eloquium domini inflamavit eum. 4. Tercio quia facit audiētes filios dei. Johannis. x. Illos dicit deos ad quos sermo dei factus est. 4. Quarto quia pascit animam. Mathei. iii. Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore eius. Quinto qd sanat. Sa-pientie. xvij. Neqz herba neqz malagma sa. eos. sed sermo tuus domine qui sanat vniuer-sa. Dum enim monet hominem qd penitentiam vt patet in ministris qui ad pdicatiōnem ione conuersi sunt. Ione. ij. Et sanctificat hominem. Jobānis. xvij. Sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est. manifestus est qd animā sanat. 4. Sexto. quia liberat hominem et facit discipulum chrlstī. Johannis xv. Si manseritis in sermone meo veri disci-

No. 1 m fructu ex vno dei

puli mei eritis. Et alibi. Et veritas liberabit  
vos. ¶ Septimo qd beatificat. Luce.xj. Be  
ati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud  
Johan.xij. Sic hoc scitis beati eritis si fece  
ritis ea. Sed quia verbum dei tot bona efficit  
dicit Aug. etiam de verbis dñi. qd verbum dei est  
cum tanta reverentia et diligētia audiendum  
cum quāta corpus xp̄i videndum et tractan  
dum. Et sic patet primū. ¶ Secundo ponit  
doctrina xp̄i ad populū instruendū. qd ascen  
in v.na. Vbi nota qd nauis xp̄i est nauis inno  
centie in qua xp̄c venit in mundū. Nauis pe  
tri est nauis penitentie. qd petrus pfectā peni  
tentia fecit. Est em̄ penitentia fm Greg. pre  
terita mala deplangere et plangēda iterū nō  
cōmittere. Qd beatus petrus perfecte fecit.  
Luc.xxi. Egressus fo. f. ama. Hec penitētia  
p crucem designatur. Mat. xv. Si quis vult  
v. post me. zc. tol. cru. su. i. penitentia et sequat  
ur me. Hanc nauē sc̄z crucem ascendit xp̄c  
vt pfecte posset docere. Tunc em̄ p̄dicatoz p  
fecte docet qn̄ in se ostēdit facto quod p̄dicat  
verbo. et ideo xp̄c crucē ascendit. et de ip̄a mi  
rabilia docuit. Quia vt dic Aug. In christo  
pendēte in cruce. inuenit exemplū omnis perfe  
ctionis. Docuit ergo xp̄c pendēs in cruce tre  
decim pfectissima exempla quibz tota vita hu  
mana pfecte informat. ¶ Primo ergo  
docuit exemplum caritatis qd iustus pro iniu  
stis moritur. amicus p inimicis. deus p homi  
bus. Ro. v. Comendat deus caritatem suam  
in nobis. qm̄ cum inimici essemus recon. su. do  
p mortem filij eius. Vix em̄ p iusto qd mori  
tur. sed pro impijs et peccatoribz qd audeat  
mori. Bern. Hup omnia amabilēte mi. reddit  
bone hiesu calix quem sumpsisti opus redem  
ptionis nostre. ¶ Secundo docuit exemplum  
penalitatis. qd a planta pedis vsc̄ ad verticē  
nō fuit in eo sanitas. vt dicit ysa. j. Treno. j.  
D vos omes qui trāsiris p viā attendite et vi  
dete si est dolor sicut dolor meo. ¶ Tercio do  
cuit exemplū largitatis qd ad unum verbum de  
dit regnum suū latroni. Lu. xxiiij. Hodie me  
cum eris in paradiso. Nota hic de alexandro  
qui nibil dedit respectu xp̄i et tñ largior hō  
de mundo fuisse dicit. Et sic dedit latroni. ita  
paratus est dare omni petenti. Ad hanc ergo  
largitatē signandam manibz pforatis pependit  
in cruce. qd de homīe largo dicit ip̄e ha  
bet manus foratas. ¶ Quarto docuit exem  
plum paupertatis qd ipsa abundantia boni et

Dicitur qd p̄f p̄ndens in manu  
13 p̄f p̄f p̄f exempla qd  
rata vita humana p̄f in p̄f

fons aquae viue nudus et sitibzndus moritur  
Johan. xix. S̄tio. Treno. ij. Recordaē pau  
per. et trā. me. absinthij et sellis. memoria me  
mor ero et tabescet in me āma mea. ¶ Qui  
to docuit exemplum humilitatis. quia mortē  
abieciissimā elegit et cum iniquis reputat̄ est  
¶ Obil. ij. Humiliavit semetipm factus obe  
diens vsc̄ ad mortem. mor. antez cni. Psal  
Ego sum vermis et nō homo. ¶ Sexto do  
cuit exemplum pietatis et mansuetudinis. qd  
ad interfectorē suos ostēdit viscera pietatis  
di. Lu. xxiiij. Pater dimittē illis quia nesciunt  
quid faciunt. Quod verbum ita fuit visum  
magine perfectionis audientibus. qd auditō  
hoc verbo multi sunt ad christum conuersi.  
vt dicit Hieronimus. Hieremie. x. Ego qd si  
ag. mansue. qui por. ad vi. Longino etiam q  
perforauit sibi latus dedit visum. ¶ Septi  
mo docuit exemplum constantie. quia non fu  
git sicut discipuli. sed processit eis obviam di  
cens. Quem queritis. Quibus respondentib  
bus hiesu nazarenū: ait. Ego sum Jobā  
nis. xviii. ¶ Octavo docuit exemplum sapie  
tie. quia tam sapienter decepit luciferum. et fe  
cit sicut p̄f p̄f hamo quem abscondit sub  
verme. sic christus deitatem sub humanitate  
abscondit. et dyabolus qui credit ip̄z capte  
re captus est. Job. xl. An extrahere potens  
leuiathan hamo aut fune ligabis lingua eius  
¶ Non docuit exemplū obedientie. Mat. x  
xvi. Pater si possibile est transeat a me ca  
lix iste. verū tamen nō sicut ego volo sed sicut tu  
¶ Decimo docuit exemplum patientie. quia  
depilatus cōsputus. collaphizatus. verbera  
tus. et false accusatus. morti condemnat̄. affi  
xus cruci et mortuus non aperuit os suū. ita  
vt mirare preses di. Marc. xiiij. Non respo  
des quicqz. vides in qntis te accusant. Und  
propter eius nimia patientia herodes spem  
eum tanqz insanū induitū ueste alba et dicit.  
Luc. xxiiij. ysa. liij. Sicut ouis ad oc. dn. et qd si  
ag. cc. ton. se obmu. et nō ape. os suū. ¶ Un  
decimo docuit exemplum victorie qd mones  
vicit oia. Jobā. xv. Cōfidite qd ego vici mū  
dum. Aug. Manu inermi et affixa cruci de  
bellauit aeras potestates. ¶ Unde decio do  
cuit exemplū cōpassiois. qd in tāta pena con  
stitutus. cōpassus ē matri di. Jobāni. ecce ma  
ter tua Jobā. xix. Cōpassus est petro negati  
se et respexit eum. Cōpassus ē toti generi hu  
mano. Et ideo cuz clamore valido et lacrimis

# Berimo

## LXXIII.

